

TITVLVS LV

Titulus. lv.

Inhibitiua familiaris.

Officiū nostrum hoc a tuo differre: ut ego prouinciae præses: tu prætor urbanus sis: ego tibi possim inhibere: si quid inique uideā uel agere uel attemptare: **Tu** cogaris obe/dire. **Id** em̄ iuris Labeonē instituisse describūt: ne minoribus ad inique iudicandū magistratibus pateret adit⁹. **Nō** nunq̄ corruptelis id fieret: Aliqñ amicorū precibus: **Nūc** aut̄ eorū imperitia: q̄ iudicat. Nolunt em̄ semp iniqui esse: sed errore inducunt: ut peccent. **Tulisti** tu quidē in **Læ-**lium sententiā interlocutus te iudicē eius esse: cōpetere q̄ tibi aduersus eum iudicare. **Is** autē qui sibi scit imunitatē a principe factam: ut eius oīs cā imediate ad pruinciae præsi/dem deueniret: isq̄ solus iudex hui⁹ competens diceret: appellauit scripto: nosq̄ adiūt: cum abs te impetrare non posset: postulans ut inhiberemus: quod & inhibemus: ut post appositam appellationē sub gratia nostra nil inoues. **Ex** Mediolano pridie kalēdas Maias.

Inhibitiua familiarissima.

Cum tete ingeras in ijs rebus: quæ ad te minime ptinent: Inhibemus omnino tibi: ne posthac rem nostrā ullam istic geras: quā si geres tuo periculo: nostro uero cōmodo ac lucro gestam intelliges. **Quid** tam es audax ac temerari⁹ ut cum intelligas nolle nos tuā administrationē in causis nostris ac rebus interuenire: non desistas: **V**niuersis autē prædiorum nostrorū uillcis inhibemus: ne quid tibi obtē perent: si nolint id omne in eos conuerti malignitatis: qui tibi obtēperauerint. **Scimus** em̄ q̄ uersutus sis: q̄q̄ multa summo nostro gesseris detrimēto. **R**em babes: **A**bstine. **Ex** Mediolano kalendis Maijs.

Inhibitiua grauis.

Nisi Virgilianū illud in multos suarū rerū dominos cōue, **Vir. j. ænei.** nitret: **Q**ui premere & laxas scir et dare iussus habenas: pes simē fierent a plurimis plurima: nec possent deinceps re/parari. **Mittunt** a regib⁹ legati: qui præuaricatione corru,

TITVLVS LV

ptelisq; pellecti: cōmittūt in dominos scelera. Decernunt
a ciuibus procuratores: qui sentiūt interdū cum aduersa-
rijs. Præficiuntur multis causis multi: qui errant peccantq;
uæhemētius: a quibus omnis abest innocētia: omnis gra-
uitas: omnis fides. Eos castigari iussit Solon de re male tra-
ctata: sed interim ne deterius gererent: inhiberi: ne quid
ulterius cōficerent. Hinc apud Atheniēses & Romanos

Solon

Qui ppter malā admī-
nistrationē reipublicæ dānati sunt
Paulus iuris consultus

Lactantius

Scipio Na-
scica

Theophra-
stus

Gregoriani
apostoli
Neroniani
apostoli

nonnulli sunt malæ administratæ reipublicæ damnati: ut
Alcibiades: Cyrus: Diocles: Cicero: Scipio: Furius: & ni-
hilominus inhibita ijs imperia: inhibiti magistratus. Id ut
alias: ita nūc apud nōs obseruat̄ edicto publico: ne quid
audeat q̄s exerceere officij: in quo cōtaminat̄ esse suspe-
ctus sit. Gobrem & Paulus iurisconsultus inhibitorias in-
stituit litteras: quibus ulterius progredi nonnullis inhibe-
ret: qui male aliorū & inique causas ageret. Nec id quidē
injuria. Nā si locus eiusmodi reparatioi nō foret: facillime
longiores magistratus multa peccaret. Nam ut ait Lactan-
tius: proposita nō unq; impunitate: qui & magni essent: &
nemine uererent: multa cōmitterent. Gobrem illud reci-
tae Nascicæ Scipionis: qui deleta Carthagine: superataq;
græcia: nūc inquit nobis uæbementer esse metuendum
arbitror: ne fiamus insolentes: cum neq; quos timeamus
habem⁹: nec quos erubescam⁹. Quid aut̄ & malos: ut The-
ophrasto placuit: magis arcet a peccādo: & bonos ut attē-
tius bene uiuant: cogit: q̄s cū intelligent paratos esse cen-
sores a quib⁹ plecti queant. Cum igit̄ hisce dieb⁹ tu præ-
tor urbane sententiā interlocut⁹ sis: qua quidē Læliū esse
torquēdum censueris: qm̄ accusatus eset parricidij: nec
eum reclamantē audiueris: appellantemq; nō admiseris:
dicens: apostolos illi te Gregorianos daturum: nec modo
Gregorianos dederis: in soleas eum coniūciens atq; cōpet
des: sed etiam Neronianos: qui eum acerbissimo cruciatu
quæstionaris: sumus admirari tuam hanc temeritem: ut
neque nos sis ueritus: nec ius ipsum. Sciebas autem esse
nobis tui castigandi facultatem. Q̄ si posse te id efficere

cogitabas: cum id obseruare interdum liceat: ne appella/
tionis officio: iuris tollatur executio: succedebat qđ anim/
aduenteres: illud Terentij: **S**ummū ius: summa iniuria ē. **T**erentius
Tandem ne deinceps hunc dilaceres: si dilacerandūs nō
est: aut ubi plectendus sit: ne nos paruisfacias: quibus mini
me deferas inhibitiuis bisce litteris tibi præcipim⁹: ne qđ
posthac appellatione pendēte innoues in **L**ælium: ni ma/
lis indignationem experiri nostram: quinimo ad nos con/
tinuo cum **L**ælio mittas omnis ea in causa processus: cum
ijs quæ ab illis pendent & emergunt: & etiam ijs connexa
sunt: ut quid rite iudicaturi simus: qđ tu recte iudicaris:
intelligamus. **R**ursus in eos soles imperium exercere: qui
maiestatem lœdunt: cum iampridem cōmiserimus tibi:
ne quid eiusmodi iudices: quod crimen ad maius auditio/
rium atq; tribunal pertinet. **V**erum & remanerēt impu/
nita delicta: lœdentem maiestatē in seditione publica: uel
cruento facinore: aut qui lœsisse accusaret: abs te captus
ad nos remitteret uigilum diligentissime custoditus ma/
nu. **T**u uero captiōs eiusmodi criminosos aut cōtinuo
cædis: aut absoluis: aut clanculum ea tractas: tit a nobis co
gnosc non possint: nulla (ut censendum est) alia de causa
nisi ut concutias & corruptelis delinitus demolitusq; po
tius tuo lucro qđ publicæ cōsulas dignitati. **Q**obrem hoc
tibi quoq; inhibem⁹: ne quomodolibet lœsam cognoscas
maiestatem: aut publicam seditionem: aut cruentam fa/
ctionem: aut contenticulas: aut rapinam & manipolium:
ne & magistratu priueris: & omni re tua. **E**x **M**ediolano
vj. **N**onas **M**aias.

Crime lœsæ
maiestatis.

Synonyma inhibitiua.

Fac ne banc te in causam deinceps intromittas.

Ab hoc iudicio posthac omnino cessa.

Inhibeo tibi omnē hanc causam.

Nihil ausis deinde in **L**ælium attemptare.

Nolumus licere tibi posthac quicq; in eum.

Auferimus bac inhibitione tibi omnē in eum facultatem.

TITVLVS LVI

Inhibita sit tuo magistratuī deinde oīs opera in eam rem.
Abs te surrepta sit oīs hac in causa uīs maiestatis.
Nullū deinceps sit tibi in Læliū robur.
Vires officio tuo bac inhibitione cædimus.
Volumus uacare te penit⁹ huius causæ cura.
Sustulimus tuo tribunali causam hanc omnē.
Est tibi nibil agendum inhibētibus nobis in Læliū.
Alijs adbibe curā: banc inhibemus tibi.
Nolumus sis posthac in Læliū curiosus.
Causa omnis Lælij nostro iussu tibi est abrepta.
Lælius in tuis nō erit deinceps manibus.
Nō molestus sis ampli⁹ Lælio: cui⁹ cām nobis reseruam⁹.
Inhibem⁹ bac epistola omnino tibi: ne quid audeas in Læliū animaduertere.

¶ Titulus. lvj.

Legis enunciatiua familiaris.

Mercurius **T**rimegist⁹ Frustra leges a principib⁹ dicerent (ut Mercuri⁹ instituit Trimegistus) nisi suis enunciarent & populis & iudicib⁹: ut quid obseruandū esset: aut a quibus abstinentum intel ligī posset. Nā Atheniēses nōnunq̄ Ephoros lacedæmoniorum irridebant: qui leges diceret suis: easq; in archiuū conferendas dicerent: quasi cunctis innotescerent: quæ in archiuum conferrent. Ego uero secus censeo faciendum seruandūq; potius Romanorū edictum: ut nulla lege posset homo plecti: quæ nō esset enunciata. Statuimus igitur hoc tempore legem: ut nullus frumentū ex nostro regno in aliud trâfferat: nī malit nos indignatos sua experiri poena. Id enim iccirco indiximus poenæ ut abstinere: qui solebant in summa regionis nostræ charitudine maiorē in opiam facere. Sunt enim aliquot qui abundant annona: cūq; preciū eius intelligent hac tempestate summū: non animaduertunt: quid in patriam detrimenti cōferant: ubi alio missio grano: necessitas suos urgeat. At nos eos uel tenerē sua iubemus: uel nostris uenundare: a quibus si non idem tradit⁹ precij: non iniqua ferat mente auarissimi om-